B. P. L. 885
Er. Puteanus
ad C. Hugenium patrem
cop.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Copie genomen door den heer L. Delisle, Administrateur général de la Bibliothèque nationale à Paris, September 1903.
Geschenk van prof. D. J. Korteweg te Amsterdam 15 IX 1903.

Nobilissime et amplissime domine,

Fratrem meum, praetorem Ruraemundanum, nuper humanitati tuae commendavi: an adfuerit, an litteras, et simul Circulum, quem scripsi, Urbanianum tradiderit, nescio. Hunc virum Justum Boucaertium, praepositum Aspricollensem, tanquam fratrem nomino: et hoc verbo totam hanc audeo scribendi libertatem excusare. Non debuit sane, qui jam Circulum dedit, sine litteris meis venire. Ut igitur benigne et familiariter eum audias rogo; imo ut apud excellentissimum principem, quantum fieri possit, juves. Ad gloriam majorem faciet, non armis tantum, sed etiam lenitate vincere. De animo vero serenissimae nostrae non fallet ille, quem jam vides; dicturus, quae ut fide digna sunt, ita favorem merentur. In aula nostra eo semper loco fuit, ut quem una familiari affectu et dignatione complexa est, omnes aestimarent ac suspicerent: cum nosces

B. P. L. 885.

virum pariter amabis. Sed Wendelinum nostrum nonne jam amas? Beneficium ostendit, quod in me quoque cogita derivatum esse derivandum, quod Boucartius accipiet. De me quoque aget ut liberum deinceps iter, si ad circumvicina loca me conferam, tuo favore impetrem; imo ut te aliquando accedam et coram venerer.

Vale, nobilissime et amplissime domine.

Lovanii, in arce quam Palladis soleo nominare, VI kalendas octobris M DC XXXII.

Virtutis, doctrinæ, famæ tuæ verus cultor.

ERYCIUS PUTEANUS.

Nobilissimo et amplissimo V. D. Constantino Hugenio, equiti etc. excellentissimo Principi Auriaco a consiliis et secretis. In Castra.

Original.
Musée Condé Papiers de Condé, série O, tome VII, fol. 97.